



The Secrets of Hermes

Author(s): Lynn Thorndike

Source: *Isis*, Vol. 27, No. 1, (May, 1937), pp. 53-62

Published by: The University of Chicago Press on behalf of The History of Science Society

Stable URL: <http://www.jstor.org/stable/225019>

Accessed: 18/05/2008 01:36

Your use of the JSTOR archive indicates your acceptance of JSTOR's Terms and Conditions of Use, available at <http://www.jstor.org/page/info/about/policies/terms.jsp>. JSTOR's Terms and Conditions of Use provides, in part, that unless you have obtained prior permission, you may not download an entire issue of a journal or multiple copies of articles, and you may use content in the JSTOR archive only for your personal, non-commercial use.

Please contact the publisher regarding any further use of this work. Publisher contact information may be obtained at <http://www.jstor.org/action/showPublisher?publisherCode=ucpress>.

Each copy of any part of a JSTOR transmission must contain the same copyright notice that appears on the screen or printed page of such transmission.

JSTOR is a not-for-profit organization founded in 1995 to build trusted digital archives for scholarship. We enable the scholarly community to preserve their work and the materials they rely upon, and to build a common research platform that promotes the discovery and use of these resources. For more information about JSTOR, please contact support@jstor.org.

The Secrets of Hermes

(An alchemical text reproduced from MSS Bern Stadtbibliothek B. 44, fols. 231r-233v or 232r-234v, and Vatican Palatine Latin 1335, fols. 96r-99r).

In 1930 in a brief note in *Isis* entitled, "Seven Salts of Hermes," (1) I reproduced a short passage enumerating seven salts corresponding to the planets from an English manuscript (Oxford, All Souls College 81, 15th century, fol. 19r) of the alchemical work which seems to have commonly been called *The Secrets of Hermes*. I now propose to give the text more fully from two continental manuscripts, so far as the seven planets, metals and salts are concerned.

Whether this passage is a complete text in itself or merely the introduction to *The Secrets of Hermes* seems uncertain. In the All Souls manuscript the text breaks off before even this much has been completed (2). In other English manuscripts it would appear from Mrs WALEY SINGER's catalogue that, as in the case of our Bern manuscript, only a page or so of instructions as to use of the salts in alchemical transmutation has been added (3). But in our Vatican Palatine manuscript chapters numbered up to 87 (4) follow the discussion of the seven planets, metals and salts. It will be noted, however, that in this manuscript the title is not *The Secrets of Hermes* but *The Secrets of Master James*

(1) *Isis* No. 43 (Vol. XIV, 1), May, 1930, pp. 187-88.

(2) COXE's Catalogue of the MSS in Oxford Colleges and DOROTHEA WALEY SINGER, *Catalogue of Latin and Vernacular Manuscripts in Great Britain and Ireland*, No. 37, vol. I, 1928, p. 44, are mistaken in representing *The Secrets of Hermes* as extending over fols. 18v-52v and 17. Actually it seems to break off with fol. 20v. Beginning with fol. 21r we have a different writing and kind of page, presumably from what was once another manuscript, while at fol. 26 opens a work on natural questions which is not even alchemical.

(3) It will be noted that the Explicit given by Mrs. SINGER at p. 43 is the same as that of our Bern manuscript.

(4) The actual numbering begins only with Capitulum 3^m on fol. 99v, but two previous paragraphs can be distinguished on fol. 99r after the discussion of *Sal elembroth* has concluded.

According to Hermes. Nor are the three paragraphs added to our text in the Bern manuscript at all like the early numbered chapters of the Vatican Palatine manuscript, which seem to have little connection with the preceding text. But the discussion of the planets, metals and salts is roughly identical in both. The variations are, however, sufficient to make it advisable to give each version separately rather than attempt to combine them into a single text. Both our manuscripts are alchemical collections or miscellanies of the fifteenth century (5).

The text constitutes not only an interesting effort to relate seven salts with the seven metals and seven planets but also a notable attempt to express chemical valencies and action in terms of qualities and degrees instead of our modern atomic weights and groupings. Besides the four primary qualities of hot, cold, wet and dry—it will be noted that while five of the seven metals are cold rather than hot, no salt is cold—others are introduced denoted by the terms white, obscure, fixed, porous and ponderous.

TEXT FROM BERN STADTBIBLIOTHEK

B. 44 fol. 232 (231) recto.

Secreta Hermetis philosophi inventoris metallorum secundum mutacionis naturam.

Sciendum quod vii sunt planete secundum cursum quorum omnia inferiora reguntur et sapiunt naturam eorum secundum magis et minus : Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius et luna. Et sicut vii sunt planete, sic vii sunt metalla que sapiunt naturam eorum sicut ab eis descendunt. Nomina autem metallorum sunt Blumbum (6), quod a philosophis nominatur Saturnus, quia ab eo suam trahit naturam; Argentum vivum, quod Mercurius appellatur; Stannum, Iupiter; Ferrum, Mars; Aurum, sol; Argentum, luna; Eramen vel Eramentum, Venus. Tu qui vis naturam metallorum transmutare vel unius naturam in alteram primo considera naturam planetarum per quam scire

(5) The contents of Vatican Palatine Latin 1335 have been outlined by me in an article, "Alchemical Writings in Vatican Palatine and Certain Other Continental Latin Manuscripts," *Speculum*, XI, 3 (July, 1936), pp. 370-83. See especially pp. 375-76.

I expect to treat of the other contents of the Bern MS in a subsequent article.

(6) For "Plumbum."

poteris naturam metallorum. Postea considera naturam metallorum iuxta naturam planetarum que primo scire oportet cognita que necessaria erunt ad transmutationem metallorum.

Et nota quod vii sunt magistri sicut vii planete et vii metalla qui magistri habent facere transmutationem metallorum et dare colorem albedinem porositatem et fixationem. Hy magistri sunt sal armoniacus qui fit de sanguine hominis, sal commune ut plenius inferius dicemus, sal gemme et est coloris cristallini et fit ex sale alkali et sale communi et aqua maris vel salsa ut inferius dicemus. Sal nitrum fit ex sale gemma et sale alkali. Sal talci fit ex sale nitri et sale alembroc ut inferius distinguemus. Sal commune fit ex aqua salsa vel maris. Sal alkali fit ex sale gemma et vitro bene contrito. Isto sale multi utuntur vitrarii. Sal alembroc fit de v herbarum succis. Et istud est quod appellavi magistrum (fol. 232v) magistrorum. Nam mirabilia facit de mercurio lunam et solem purissimum.

Viso quot sint planete quot metalla et quot magistri restat videre naturam eorum. Saturnus est frigidus et humidus, albus cum obscuritate, tamen et fixus cum quadam mollitie et quam multum. Et ab isto planeta suam trahit naturam metallinam illud quod nominatur blumbum quod sic a philosopho appellatur. Videamus igitur naturam ipsius blumbi per capitulum ad hoc ut ipsius naturam et colorem scias conservare et in naturam alterius metalli transmutare. Blumbum igitur est frigidum, humidum et album sed obscurum, fixum, non porosum. Est autem frigidum in 3^o gradu, humidum in 2^o, album in 3^o, fixum in 2^o. Et nota quod tantum sunt iiii gradus in metallorum naturis secundum Hermetem. Mercurius est frigidus et humidus cum siccitate, tamen albus, liquidus, mobilis, ponderosus, a qua planeta suam habet naturam metallinam, illud quod vocatur argentum vivum, quod de sui natura est frigidum et humidum cum siccitate, album, liquidum, non porosum, ponderosum valde. Habet dare siccitatem omni rei vitam habenti. Iupiter est frigidus et siccus, albus, fixus, ponderosus, porosus, iunctus aliis corporibus in igne omnino ardet. Sub ipso planeta est stannum quod est frigidum et siccum, album et porosum, fixum. Commune pondus habet. Est frigidum in primo gradu, siccum in tertio, album in tertio, porosum in primo, fixum in secundo. Sol est calidus, siccus, croceus, fixus, non porosus sed ponderosus, a quo descendit illud metallum

quod vocatur aurum. Et est de sui natura calidum, siccum, colore croceum, fixum, non porosum. Habet magnum (fol. 233r) pondus. Venus est planeta calidus et siccus, porosus et mixti coloris. Pondus habet argenti. Calidus in 3^o, siccus in 2^o, porosus in 3^o. Mars est frigidus et siccus, fixus, porosus, ponderosus. Ab eo descendit metallum quod vocatur ferrum. Et est frigidum et siccum, fixum, non porosum, ponderosum et mixti coloris. Frigidum in primo, siccum in 2^o, ponderosum in 3^o. Luna est planeta frigidus et humidus, albus, porosus, fixus, ponderosus, de sui natura mobilis quia scito movetur. Ab eo nominatur argentum quod de sui natura est frigidum in 3^o, humidum in 2^o, porosum in 3^o, album in iiii.

Nunc de natura vii magistrorum cum quibus natura omnium metallorum potest servari et destrui et in alteram naturam converti secundum magis et minus. Viso de potestate et virtute in genere nunc de singulis magistris in specie. Scias igitur quod Sal armoniacus de sui natura est calidus in 3^o gradu, siccus in 2^o, porosus in 4^{to}, albus in quarto. Habet minuere pondus et reducere pondus ad commune pondus. Sic igitur ex hoc colligi potest quod sal armoniacus habet dare colorem porositatem, albedinem, pondus commune, et hoc in metallis non habentibus.

Sal gemme est calidum in primo, humidum in 3^o, album in quarto, fixum in 3^o, non porosum, et habet dare pondus maius. Ex quo colligitur quod sal gemma habet potestatem dandi caliditatem et humiditatem, albedinem (fol. 233v), fixationem et maius pondus non habentibus.

Sal nitrum est calidum et siccum, album, porosum, non fixum. Habet pondus alleviare. Et est calidum in primo, album in medio, porosum in iiii. Colligitur igitur quod potest dare metallis que non habent.

Sal calci est calidum cum temperamento, humidum, album, fixum. Habet pondus alleviare. Non porosum, calidum in medio, humidum in 3^o, album in primo, fixum in 2^o. Habet potestatem dandi humiditatem et alia que de sui natura habet in suis gradibus.

Sal commune calidum est et siccum sed quia non multum operatur ad transmutationem ideo de ipsius natura pertranseo.

Sal alkali calidum est et siccum, obscurum et non porosum.

Calidum et siccum in primo, obscurum in 2^o, ponderosum in iiii. Considerare potes quod omnia predicta dare potest metallo non habenti.

Sal allebrot est magister omnium magistrorum. Et est calidum, humidum, porosum, fixum, ponderosum, album intrinsecus et extrinsecus rubeum. Hoc per se coagulat et tenet mercurium et tingit in lunam et lunam convertit in solem purissimum posita in octava parte in quolibet. Allebroc est terra citrini coloris que si super carbonem ponatur carbo non extinguitur. Et si supponatur cultellus rubescit ex fumo et fit aurei coloris. Invenitur prope Coloniam apud Renum.

(Herewith ends the portion of the text concerned with the qualities and degrees of the seven planets, metals and salts. I append the remaining three paragraphs in the Bern MS, since they are relatively brief and seem to have the best claim to constitute the remainder of the work.)

DE TRANSMUTACIONE METALLORUM SATURNI IN LUNAM ET SOLEM

Primo qualiter convertitur in lunam. Si perfecte operare volueris, considera naturam utriusque et vide si nature concordant in aliquo. Considera in quo discordant in pondere fixatione et porositate vel quasi (fol. 234r) quia saturnus est albus cum obscuritate, Luna est alba cum claritate. Cum vidisti concordanciam procura cum magistris qui hoc facere debent quod reducas concordancias et habebis lunam bonam. Et si queris qui sint magistri qui hoc faciunt, si congregacionem habere non poteris per ea que dicta sunt, considera quis est iste magister qui habet virtutem reducendi grave pondus ad commune. Certe hic est sal nitri. Et restat videre quis est iste magister qui habet virtutem dandi porositatem. Certe hoc est sal armoniacus. Et sic impositis istis magistris cum blumbo ad ignem donec buliat per horam unam et fit bonum argentum. Et ad hoc ut scias negociari perfectionem. Si nescias in quo gradu natura deficit quam habere desiderat pone octavam partem illius magistri qui habet naturam illam dare.

FIXATIO MERCURII IN LUNAM

Recipe unam marcam argenti vivi et purifica optime. Pone in aceto acertivo et lava bene. Cum laveris cola per coreum

et lavabis ter vel quater donec nebula que in ipso apparuerit recesserit semper colando. Ipso sic purificato pone ad ignem donec buliat. Et cum videris bulientem pone in ipso unciam unam argenti boni foliati ita quod melius bibat et fiat mixtatur. Quam iterum ponas ad ignem et intus pone quartam partem uncie salis armoniaci et quartam partem uncie salis nitri. Et mitte ut buliat per unam horam et videbis eum durescere. Postea leva ab igne et habebis lunam bonam.

FIXATIO MERCURII IN SOLEM

Recipe mercurii marcam unam et pone ad ignem et dimitte (fol. 234v) donec buliat. Et cum videbis ipsum bulientem, pone in eo unciam unam auri foliati. Et cum miscueris, leva ab igne et pone in eo octavam partem uncie salis nitri et octavam partem uncie salis alkali et parum armoniaci et parum alboris vel alebroc. Hec omnia pone ad ignem in ampulla bene truncata. Postea claude os ampulle et pone ad ignem. Et dimitte stare per iii dies et noctes. Postea recipe quod invenies, hoc est elixir rubeum cuius uncia una convertit 50 boni argenti in aurum purissimum. Hoc modo funde 50 uncias boni argenti ipso fuso. Pone unciam unam pulveris et stet in igne per unam horam et habebis solem purissimum.

Finiunt foeliciter.

(The remainder of the page is left blank)

TEXT FROM VATICAN PALATINE LATIN

1335, fol. 96 recto.

Incipiunt Secreta Magistri Iacobi secundum Hermetem philosophum inventorem metallorum secundum transmutacionis naturam.

Primo dicendum est quod vii sunt planete secundum cursum quorum omnia inferiora reguntur et sapiunt naturam eorum metallorum secundum magis et minus Saturnus Iupiter Mars Sol Venus Mercurius et luna. Et sicut vii sunt planete ita sunt vii metalla que sapiunt naturam eorum sicut ab eis descendunt. Nomina autem metallorum sunt septem scilicet plumbum quod

a philosophis appellatur saturnus quia ab eo suam trahit naturam. Stagnum quod appellatur Iupiter quia ab eo suam trahit naturam. Ferrum quod appellatur Mars quia ab eo suam trahit naturam. Sol quod appellatur aurum quia ab eo suam trahit naturam. Argentum vivum quod appellatur Mercurius quia ab eo suam trahit naturam. Es quod appellatur Venus quia ab eo suam trahit naturam. Argentum fumum (?) et naturale quod appellatur luna quia ab eo suam trahit naturam. Tu ergo qui vis naturam metallorum mutare vel unius nature in alteram naturam transformare primo considera naturam planetarum per quam scire poteris transformare naturam metallorum. Postea considera naturam metallorum iuxta naturam planetarum per quam plenius cognita scire poteris que tibi necesse erunt ad transformationem suam sive colorationem metallorum et semper quando vis facere aliquid operationem in hac arte fac sub illa planeta que est illius nature secundum cursum lune etc.

Et nota quod vii sunt magistri sicut vii sunt planete et septem sunt metalla qui magistri habent facere transmutationes metallorum et habent dare co-(fol. 96v)lorem et albedinem et rubedinem et porositatem et fissitatem. Videamus igitur qui sunt isti magistri et sunt isti scilicet primus Sal armoniacus qui fit de sanguine hominis et de sale communi ut plenius distinguemus inferius. Secundus magister Sal gemme qui est coloris crystallini et fit de sale alkali et de sale communi et aqua maris vel salsa naturaliter ut tibi dicemus inferius. Tercius Sal nitrum que fit ex sale gemme et sale alkali. Quartus sal calcis qui fit ex sale nitro sicut inferius distinguemus. Quintus Sal communis qui fit ex aqua maris sive salsa sicut vidistis. Sextus Sal alkali qui fit ex sale gemme et sale nitro bene trito et isto sale multum utuntur vitrarii quia ipsum operatur ad fusionem vitri. Septimus Sal elembrot qui fit de succis quinque erbarum et iste est qui appellatur magister magistrorum omnium quia facit istud mirabile quod facit de mercurio lunam et solem purissimum.

Nunc habemus quot sunt planete et quot sunt metalla et quot sunt magistri : nunc restat videre naturam eorum. Et primo scias quod Saturnus est frigidus et humidus et albus cum obscuritate, tamen est fissum cum quadam mollicie et grave multum et ab isto planeta suam trahit naturam metallum istud quod appellatur plumbum et a philosopho appellatur saturnus. Videamus ergo

naturam ipsius plumbi per capitula ad hoc ut ipsius naturam et colorem scias conservare et in naturam alterius metalli transmutare. Et tu qui (fol. 97r) transmutare desideras naturam metallorum nota quod plumbum est frigidum et humidum et album sed obscurum fixum, non porosum. Diximus tibi naturam plumbi simpliciter quam tibi per gradus describemus. Est igitur frigidum in 3^o gradu, humidum in secundo gradu, fixum. Et nota quod quatuor sunt gradus in metallorum naturis secundum Hermetem.

De Iove. Iupiter est frigidus et siccus, fixus, porosus et ponderosus. Ab hoc planeta descendit illud metallum quod dicitur stagnum et est frigidum, siccum, porosum et ponderosum et misci coloris. Et est frigidum in primo gradu, in primo gradu ponderosum.

De Marte. Mars est frigidus et siccus, albus, porosus, fixus et ponderosus, et iunctus cum aliis corporalibus ad ignem omnia ardet. Sub isto planeta est ferrum quod est frigidum et siccum, album, porosum, fixum et habet commune pondus. Et scias quod frigidum est in primo gradu, siccum in 3^o gradu, porosum in primo gradu, fixum in 2^o gradu.

De sole. Sol est planeta calidus et siccus, fixus, non porosus et ponderosus, a quo planeta descendit metallum illud quod vulgariter aurum appellatur et de sui natura est calidum et humidum, coloris crocei, fissum, non porosum, et habet maius pondus. Et est calidum in tercio gradu, croceum in secundo gradu, fixum in 3^o gradu et ponderosum in gradu quarto et cetera de (?). Sequitur de venere (fol. 97v).

De venere. Venus est planeta calidus et siccus, ponderosus et misti coloris, et pondus habet commune. Sub isto planeta est illud metallum quod appellatur eramen et dicitur a philosopho venus quod est de natura sui calidum et siccum, porosum et mixti coloris, et pondus habet argenti. Et (est) calidum in 3^o gradu et porosum in 3^o gradu.

De mercurio. Mercurius est frigidus et humidus cum siccitate, tamen est albus, liquidus, mobilis et ponderosus, a quo planeta suam habet naturam istud metallum quod appellatur argentum vivum quod est de sui natura frigidum et humidum, album, liquidum, non porosum, ponderosum valde, et habet dare siccitatem omni rei vitam habenti sive vegetabile sive sensibile. Et ut

gradus ipsius nature cognoscas scias quod argentum vivum est frigidum in 3^o gradu, album in 2^o gradu, ponderosum in 4^o gradu.

De luna. Luna est planeta frigidus et humidus, porosus, albus, fixus, ponderosus. Secundum naturam planete nobilis (7) est quia cito movetur. Ad hoc planeta descendit metallum quod appellatur argentum et de sui natura est frigidum et humidum, porosum et album. Ponderus habet commune. Et de natura sui est frigidum in 3^o gradu, humidum in 2^o gradu, porosum in 2^o gradu, album in 4^o gradu. Ponderus habet in secundo gradu et cetera.

Vidimus et descripsimus superius naturas planetarum et (fol. 98r) metallorum. Nunc videamus naturam vii magistrorum cum quibus naturam omnium metallorum potest servari et destrui et in alteram naturam converti secundum magis et minus, quia isti sunt magistri qui habent dare colorem et auferre et servare secundum plus et minus. Etiam habent dare servare et remove albedinem et omnem alium colorem sicut metallis cognoscitur convenire. Habent etiam potestatem et virtutem dandi conservandi removendi porositatem et pars (?) quam tribunt fixitatem et remouent. Habent etiam dare conservare fugare frigiditatem, humiditatem, siccitatem et caliditatem et semper secundum magis et minus.

De virtutibus ipsorum vidimus virtutem et potestatem omnium magistrorum in genere sive universaliter. Nunc autem videamus et distinguamus virtutem et potestatem eorum singulariter per capitula.

Primo scias tu qui cupis noscere magistrorum naturas quod sal armoniacus est unus de vii magistris et est de sui natura calidus in 4^o gradu, siccus in 2^o gradu, porosus in 3^o gradu, albus in 2^o gradu, et habet minuere pondus et reducere ad commune pondus. Sic ergo colligere potes tu sapiens quod magister armoniacus habet dare caliditatem, siccitatem, porositatem, albedinem et pondus commune metallis non habentibus.

Sal gemme qui est de vii magistris est calidus in primo gradu, humidus in 3^o gradu, albus in 4^o (fol. 98v) gradu. Est fixus in iii^o gradu, non porosus, et habet dare pondus maius. Et

(7) Probably "mobilis" is meant.

sapiens intelligere potes quod sal gemme habet potestatem dandi caliditatem, albedinem, fixitatem et maius pondus metallis non habentibus secundum Hermetem.

Sal nitrum qui est de vii magistris est calidus et siccus, albus, porosus, non fixus, et habet pondus alleviare. Et est calidus in primo gradu, siccus in primo gradu, albus in medio gradu, porosus in 4 gradu. Colige ergo que habet et pondus habet leviare habentibus metallis.

Sal calcis est unus de vii magistris et calidus cum temperamento caliditatis et humiditatis, albus, fixus, et habet pondus alleviare, non porosus. Calidus est in medio gradu, humidus in 3^o gradu, albus in primo gradu, fixus in secundo gradu. Summe ergo quod potestatem habet dandi humiditatem et omnia que habet de sui natura in suis gradibus etc.

Sal commune est calidum et siccum quia non multum operatur ad transmutacionem sive coloracionem et ideo de sui natura plus non describo.

Sal alkali est de vii magistris et est calidus et siccus, obscurus, non porosus, ponderosus. Et notis (8) quod est calidus in primo gradu, siccus in primo gradu, obscurus in 2^o gradu, ponderosus in 4^o gradu. Considerare ergo debes ex hoc quod omnia predicta dare potest metallo non habente.

(Fol. 99r). Sal elebroth est magister omnium magistrorum et est de sui natura calidus et humidus, porosus et fixus, ponderosus et albus intrinsecus et extrinsecus rubeus. Et ut breviter exponam tibi naturam suam scias quod iste coagulatur per se mercurium et tenet et lunam convertit in solem positam etc.

(Herewith ends the portion of the text concerned with the qualities and degrees in the seven planets, metals and salts. The manuscript proceeds :)

Nota quod mercurius primo mortificatur secundo sublimatur tercio funditur et solvitur in 4^o coagulatur.

De dissolutione mercurii.

Recipe mercurii decies sublimati...

Columbia University, New York City. LYNN THORNDIKE.

(8) Probably " nota " is meant.